

Iesu benigne, pro tuâ
 Benignitate personet:
 Me mystici quod hospitem
 Dignatus es conuiuii,
 Tuo cibare corpore
 Tuo rigare sanguine.
 Et iste, Christe, cum cibus
 Amoris erga me tui
 Sit arrha; da mysterium
 Hoc usq; & usq; cogitem.
 Pectusq; sic meum, tui
 Amore adure fortiter;
 Ut, Christe, totus in tuas
 Flammâs facesq; traseam.

ODE VI.

Eiusdem Argumenti.

DAVID Psal. 69.

Laudabo nomen Dei cantico nouo, & ma-
 gnificabo eum laude. Et placebit Deo
 magis quàm taurus, aut iuuenus, qui
 cornua producit & vngulas, &c.

Salue ter, ô, & amplius,
 Iesu benigne, pectori
 Hospes meo dulcissime,
 Salue ter ô & amplius!
 Nunc me quis est beatior?
 Quis me, quis est felicior?
 Quis ditior? licet salum

Solumq;